Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



I PARA

de filijs gad · princeps exercitus nouis
simus centum militibus preerat ·
et maximus mille · Isti sunt qui
transierunt iordanem mense primo ·
quando inundare solebat super o
pas suas · et omnes fugiunt eos qui
morabantur in vallibus ad orienta
lem plagam et ad occidentalem · Ve
nerunt autem et de benyamin et
de iuda ad presidium in quo mora
batur dauid · Egressusque est dauid ob
viam eis · et ait · Si pacifice venistis
ad me ut auxilierimini michi · cor
meum iungatur vobis · Si autem
insidiamini michi · p aduersarijs
meis · cum ego iniquitatem in
manibus non habeam · videat deus
patrum nostrorum et iudicet · Spiritus
induit abysai principem militum · xxx
et ait · Tui sumus o dauid · et tecum
filij ysai · Pax pax tibi · et pax ad
iutoribus tuis · te enim adiuuat
dominus deus tuus · Suscepit ergo
eos dauid · et constituit principes mili
tum · Porro de manasse transfugi
unt ad dauid · qui venerat cum
philistijm · ut adiuuarent saul pug
nare · Et non dimicauerunt cum eis ·
quia iniuto consilio remiserunt eum
principes philistinorum dicentes · pri
culo capitis nostri reuertetur ad dominum
suum saul · Quando igitur rediit in
ciclecli transfugiunt ad eum de ma
nasse · ednas · et iozabad · et iezihel · et
edusel · et ely · mychael · et naard · et
zorabaty · et helui · et salathi · prin
cipes militum in manasse · Hij pre
buerunt auxilium dauid adu
versus latrunculos · Omnes enim
erant viri fortissimi · et fuerunt
principes in exercitu · Et per sin
gulos dies veniebant ad dauid
ad auxiliandum eum · usque dum fiet
grandis nimis qui exercitus di · Iste
quoque est numerus principum exercitus
qui venerunt ad dauid cum esset in
hebron · ut transferrent regnum saul ad
iuxta iubum domini · filij iuda
portantes clypeum et hastam · sex
milia · dccc · expediti ad prelium ·
De filijs symeon viros fortissimos
ad pugnandum centum · vij · milia ·
De filijs leui quatuor milia · dc · Joy
ada quoque princeps de stirpe aaron ·
et cum eo tria milia · dcc · Sadoch iu
venis egregie in bellis · et domus patris
eius · principes · xxii · duo · De filijs
autem benyamin fratris saul · tria
milia · Magna enim pars eorum
adhuc sequebatur domum saul ·
Porro de filijs ephraym · xx · mi
lia · dccc · fortissimi robore · viri
nominati in cognationibus suis ·
et ex dimidia parte tribus manasse ·
xviij · milia · singuli per nomina
sua venerunt ut constituerent
dauid regem · De filijs quoque ysa
char viri eruditi · qui nouerant
singula tempora ad percipiendum quid
facere deberet israel · principes · ccc · Omnis
autem reliqua tribus cum eorum seque
batur · Porro de zabulon qui egredebantur ad preliandum · et stabant
acie · instructi armis bellicis ·
l · milia · venerunt in auxilium
non in corde duplici · Et de nep
thalim principes mille · et cum eis
instructi clypeo et hasta · xxx · vij ·
milia · De dan etiam parati ad
preliandum · xx · vij · milia · dc · Et de
aser egredientes ad preliandum · et ma
ne pugnantes · xl · milia · Trans
iordanem autem de filijs ruben · et
de gad · et de dimidia parte manasse ·
instructi armis bellicis · c · xx · mi
lia · Omnes viri isti bellatores · et
expediti ad pugnam · corde perfecto
venerunt in hebron · ut constitu
erent regem dauid super universum
israel · Et omnes reliqui ex israel ·
uno corde erant · ut rex fieret dauid
super universum israel · fuerunt ibi apud